Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ger autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus
vestris non premeditari quomodo respondeatis. Ego
enim dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere
et contradicere omnes adversarii vestri. Tradetis autem
parentibus et fratribus et cognatis et amicis et morte af
ficient ex vobis. Et eritis odio omnibus propter nomen
meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patien
tia vestra possidebitis animas vestras. Secundum marcum.

13 In illo tempore. Cum egrederetur ihesus de templo: ait il
li unus ex discipulis suis. Magister aspice quales la
pides: et quales structure. Et respondens ihesus: ait illi
Videsne has omnes edificationes? Et amplius non remanebit
lapis super lapidem qui non destruatur. Et cum sederet in monte
oliveti contra templum interrogabant eum seorsum petrus et iacob et iohannes et andreas. Dic nobis
Quando ista fient? Et quod signum erit quando hec
omnia incipient consummari? Et respondens ihesus ce
pit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim
venient in nomine meo dicentes. Quia ego sum: et multos
seducent. Cum audieritis autem bella et opiniones
bellorum ne timueritis. Oportet enim fieri: sed non
dum finis. Exsurget enim gens contra gentem et regnum
super regnum et erunt terremotus per loca et fa
mes. Initium dolorum hec. Videte autem vos metipsos
Tradent enim vos in concilia et in synagogis va
pulabitis: et ante presides et reges stabitis propter me
in testimonium illis. Et in omnes gentes primum opo
rtet predicari evangelium. Et cum duxerint vos tra
dentes: nolite premeditari quid loquamini: sed quod
datum vobis fuerit in illa hora loquimini. Non